Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

"Aliud Miraculum ...". Vision des hl. Ulrich in einer Kirche an deren Kirchweihtag. (Mt21,13). "Hodie, fratres karissimi, convenistis ad sacram solempnitatem dedicacionis"

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

talibus festis colligimus qua tu vel deus tuus
Hec autem audiens homo dei vehementer ingemuit
Et quibus nominarentur nominibus iterum requisiuit
Unus vnus demonum respondit Ceruarius nuncupatur
carceralis propriis nominibus hemus tunc nomina propria
Nota p[rimo] ex officiis vsurpata Meum ergo officium est hominum
corda indurare ne dei timorem habeant ne
Sera cordis indulgentia que datur vera esse credant nec sacer-
dotum consiliis ac preceptis acquiescant ne lu-
men gratie recipiant ne conuertantur et salui fi-
ant Et ideo non immerito nuncupor Sera
2[us] cordis Secundus ergo ait Et meum officium est
quod de omni tempore sed maxime in festiuitatibus hominum
ora obstruere curo ne digniis precibus ac
laudibus deum ac sanctos exorant ne pia peccamina
fundant ne peccata sua pura confessione de-
Sera rostri tegant Sed in suis sordibus computrescant et eterna-
liter confundentur et puniuntur Et ideo non
indigne nuncupor Sera rostri Tercius
3[us] dixit Meum ergo officium est bursas hominum
constringere ne egenis subueniant ne opera miserecordie
exerceant ne missas operentur ne deo et sanctis
honorem de bonis suis exhibeant Sed in sua
Sera burse ingratitudine pereant in contemptu Et in-
cidant in gehennam Et ideo iustissime nuncupor
Sera burse seu aduocatus auaricie Hijs
dictis demones abierunt vir autem dei populum con-
gregauit Que hec per ordinem enarrauit et ad
NB Ex festiui
hoc [illegible]
deuotionem mariarum populum prouocauit etc.
Sequitur aliud Miraculum de eadem
Beatus Udalricus Augustensis episcopus in consuetudine
habuit quod in estiuo tempore agebat sub nocte cum
eorum religiosis vestibus deuotissime salutare
et defunctos in cymiteriis domino commendare Quadam

aut die confectus cum fere una dieta profecisset et
multas ecclesias vidisset et nullam penitus inclinando
orando sicut facere consueverat illa die honorabat Tan
dem circa horam vespertinam ad quandam ecclesiam divertens
de equo descendit statimque ecclesiam ingressus cum militi
bus et comitatibus orare cepit Erat enim ibidem
dedicatio eiusdem ecclesie et multus erat ibi populus congre
gatus Cumque capellani sui hoc notassent et plu
rimum mirarentur repente vir dei de oratione consur
gens dixit eis Filioli quid miramini et cur sit
status ecclesiarum Ecce sancti quorum reliquie continentur in ecclesiis
quibus hodie tota die honorem non exhibui ad festum
huius ecclesie unanimiter sunt congregati ut fidelium
devotio crescat et meritum animarum hic quiescentium
purgatorium tollerabilius minuatur aut certe
totaliter aufferatur Discite ergo fratres discite ad festa
ecclesiarum devote convenire devotioni studere devotissime
adorare sanctorumque patrocinia implorare quatenus vobis
obtineant apud piissimam dei misericordiam indulgentie
locum pene fructum et vite perpetue consorcium et ad
venit Nolite ergo mirari si deinceps aliquas
basilicas sicut hodie contra morem insalutatas reli
quero quia absque dubio earum sanctos preoccupatos in alio loco
reperio congregatos ubi eos condignis et devotissimis
orationibus honorabo Hiis auditis letati sunt omnes
homines hec audientes et enarraverunt ubique tam gran
de miraculum a domino promissum Otto Udalrico ob meri
tis ipsius Et cepit iter pagerunt etc

Alius sermo de dedicatione

Domus mea domus orationis vocabitur dicit dominus
Luc. 19º Hodie fratres karissimi convenistis ad sacram Luc. 19
solempnitatem dedicationis templi huius sancti quod est templum
dei Et ideo debetis cum dei adiutorio tam intercesse
congregati quod devotio vestra et labor fructum habeat 36